

Deleat
militia
et
silio.

Diada.

stiarum quæ sub hominibus sunt. Omnes quoque choreæ ita vt bene geratur bellum, celebrædæ sunt atq; omnis dexteritas, facilitas, promptitudo eiusdem rei causa comparanda. Ob eandem causam consuecete debemus a cibo & potu abstinere, frigus æstiumq; & cubilis duritiem pati: & in primis capitis pedumq; virtutem alienis tegmentis non corrumpere, nec pilorum calcæorūq; a generatione datorum naturâ perdere. Nam extremitates hæc cum naturam conferuant suam, maximas toti corpori vires præbent: contra verò, contrarij. Et altera quidē vniuerso corpori maximè ministrat, altera totū ducit cum principales eius sensus omnes natura possideat. Sed huiusmodi quidem laudes bellicose vitæ iuuenes audiunt, leges verò has, Militet quicumque conscriptus est, aut partii alicui deputatus. Siquis verò propter ignauiam imperatore non permittere militare detrectet, ad principes belli cum redierit deserat militia accusetur. Iudicet autem eos qui militarunt omnes, seorsum quidē pedites, & equites seorsum, cæteraq; in hostili regione singula similiter. Pedites quippe ad pedites, & equites, similiter ad equites, cæteriq; singuli ad eiusdem sortis principes deferendi sunt. Vbi quicumq; damnatus fuerit, & in certamen postea quodcūq; descēdere, & aliū neglexit militia accusatur. Iudicet autem quid dare patrie ipsam oportet, iudices stantur. Sed deserat militia iudicio peracto, peditu rursus equitūq; & aliorum cæterus à principibus habeatur, vt militaria his qui strenue se gesserunt, dona dentur. Iudicet autē de victoria quisquis velit inter ordinis sui participes, ita vt prætoriorum certaminum nec coniecturas neq; testes abhibeat, sed eā quæ nuper gesta est pugnam duntaxat consideret. Donentur deinde qui præclare certasse videbuntur, corona ex frondibus arboris perpetuè virentis conferta. Quam postea qui consecuti sunt in bellicolorum templis deorum vt queque placuerit cum inscriptione titulūq; suspendant, vt testimonium virtutis sit diuturnum. Secundo quoque ac tertio loco declarati sic faciāt. Siquis autem in militiam profectus, antequā principes dimiserit, ab exercitu abierit, apud quos & ille superior neglexit militia accusatus est, & damnatus similiter puniatur. Cavere autem pro viribus debet quisquis alicuius iudicaturus est, ne sponte ad inuitus supplicium multamve falsò & non merito inferat: iudicium enim virgo quædam pudica esse verè dicitur. Pudori autem atq; iudicio secundum naturam odio mendaciū est. Quamobrem cum in aliis omnibus, tum maximè in bellicorū armorum proiectione cauendum est, ne deam iudicij præsidem offendamus: nequis necessarias armorum abiectiones quasi turpes per ignorantiam arbitraretur, alicuius pœna indignum immerito puniat. Ardum quidē est hæc distinguere. Oportet tamen vt lex distinguere per singulas partes conetur. Fabula igitur ad hæc vtatur. Si absque armis semimortuus ad tērona Patroclus fuisset delatus, quod pluribus accidit: & arma quæ Peleo diis, aut poeta dicit, in dotem Thetidis data fuerant, ab Hectorē rapta fuissent: vtrum Menætiades quasi arma abiecerit, à detractoribus vituperandus fuerit? Præterea si qui ab alio præcipitatur, aut in mari, aut in tempelatis aquarūq; colluione, aut in aliis huiusmodi periculis, quæ ad purgandam ignauiaz suspitionem afferri possunt, coacti arma amiserint,

eruntne vituperandi? Danda verò opera est, vt maius grauiusque malum pro viribus à contrario fecernamus. In ipsa igitur vituperatione, vocabulorum ipsorum prolatio differentiam quandā ostendit. Nam sicuti abiector non de omnibus merito dicitur: armorum verò amissor de omnibus: nec similiter qui vi amisit, & qui sponte abiecit, sicuti abiector, est iudicandus. Omnino enim vndique differunt. Sic igitur faciamus, Siquis ab hostibus circumuentus cum armatus esset, non defendit: se versus ad eos, sed arma sponte dimisit, aut abiecit, turpè inque vitam velocitate comparare sibi maluit, quam fortitudine honestam felicemque mortem, de huiusmodi armorum proiectione iudicium habeatur, de superiori verò nullum. Mali enim ignauique semper puniendi sunt, vt meliores fortioresque euadant. Infornunati verò, minime. Nihil enim proficitur. Sed quoniam abiectionis armorum damnato & à virili fortitudine degeneranti pœna congrua erit: præsertim cum impossibile sit huiusmodi in contrarium commutari, vt Cæneum Thestalam ferūt diuina quadam vi in naturam viri ex femina commutatam. Abiectori enim armorū contrarium maximè conueniret, vt in mulierem ex viro translatus sic puniatur. Nunc verò quoniam id fieri non potest, proximum aliquid ex cogitamus, vt postquam ille vsque adeo viuēdi cupidus est, deinceps nullum periculum subeat, sed reliquam vitam & quidem quā longissimam improbus & cum dedecore viuat. Hæc igitur lex sit, Eo qui arma turpiter proiecit damnatus est, nec imperator neque præfectus alicuius pro milite vnquam vtatur, nec in aciem recipiat. Si contra fecerit, rationum referendurum iudex id cognoscat: & si maximi censis sit, decem minis: si secundi, quinque: si tertij, tribus: si quarti, vna ipsam condemnet. Proiectionis autem damnatus non solum ob naturæ eius ignauiam à virilibus periculis arceatur, sed etiam si maximi census est, decem similiter mulctetur minis: si secundi, quinque: tribus, tertij: vna verò, si quarti. De repetendis autem rationibus quas magistratus annui forte creati, vel plurium etiam annorum consilio quodam delecti referre debet, quid dicemus? Quis enim sufficiens repetendarum iudicet, si quis magistratus rerum pondere pressus, dex erit fecerit suo aliquid indignum principatu? Difficile inuentu hoc est. Nam cum delecti magistratus virtute alios antecellant, quo pacto præstantior eis inueniemus? Et tamen diuini alicui viri rationum referendarum exactores & iudices nobis querendi sint. Sic enim res habet. Multæ occasione soluendæ reipubli. quemadmodum nauis aut animalis cuiusdam esse videntur. Quarum licet vna natura sit vbiq; diffusa, eas tamen intentiones, fulcimentaq; & neruorum extensiones multisque aliis nominibus appellamus. Sed hæc tam saluta quam euerfionis Reipub. occasio non minima est. Nam si iudices qui gesti magistratus rationem exigunt, virtute magistratibus præsent, atq; ita id fiat, vt nemo iure conqueri possit, vniuersa sic regio feliciter cuiusq; florebit. Sin aliter iudicium repetendarum processerit, tunc eo iudicio soluto, quo in vnum ciuilia omnia vincuntur, omnes magistratus, alius ab alio distrahatur: ipseque ex vno multi iam facti, ex vno multiplicem ciuitatem efficiunt, hinc plena feditione citò omnia evertuntur. Quare exactores rationum oportet in omni

virtute

Re-
do-
res
&
ca-
tionum
ex-
clo-
re-

Repe-
ditum

Re-
do-
res
&
ca-
tionum
ex-
clo-
re-

virtutum genere cunctis mirabiliter excellere. Hoc igitur modo ipsorum generationem machinemur. Singulis annis post æstiuale solstitium ad locū Soli atque Apollini communiter dedicatū ciuitas vniuersa conuegit, tres viros electuri, quem vnusquisque meliorem se solo excepto iudicet, qui non pauciores quam quinquaginta natus sit annos. Electorum deinde dimidium partē, quā à pluribus prælati fuerint, si pares sunt anteponant: vñ verò impares sint, vno excepto cui pauciora suffragia cōtulerūt, dimidiā similiter reliquorū partem accipiant, iustitiorum numero præiudicatis. Quod si æqualia numero suffragia multis fuerint, dimidiūq; numerum auerint, iunior postponatur. Acceptisq; aliis rursum ferantur suffragia, quousq; tres inæquales obtineant. At si omnibus his vel duobus æqualia suffragia sine bonæ iam fortunæ res committatur: forte hi discernant. Eum qui suffragia superat, rursumque secundo loco & tertio declaratum, corona ex semper virentis arboris fronde contexta coronet. Datis postea præmis præconio declarēt, quæ admodū Magnesiōrū ciuitas rursus Deo duce naða salutem, ciues eius res omnium optimos, Soli & Apollini communes primitias præfca lege quatenus iudicium secuti sunt consecrat. Qui primo anno duodecim repetendarum rationum examinatores constituant. Idq; faciant donec singulis septuagesimū quinq; annos exactus sit, deinde singulis annis tres semper addantur. Hi magistratus omnes in partes duodecim distributos omni libera examinatione iudicaturi, diligenter obseruent. Habitant autem tempore quo rationes ipsis redduntur, in loco vbi electi fuerunt, Soli atque Apollini dedicato. Et tum per se solum quilibet, tum communiter omnibus diligenter perquisitū, de singulis magistratibus publice perferant, quid paties darere ex repetendarum iudicium sententia deceat. Ac si quis magistratus horum iudicio non rectè damnatum esse se queritur, ad electum iudicium repetendarum iudices deferat. & si euaserit, aculet eos si velit. Inuicem ibi quoq; damnatur, atque antea ab ipsis repetendarum iudicibus morte fuerit condemnatus, quemadmodum necessitas exigere moriatur. Quod si ea mulctā ab illis damnatus fuerit, quæ dupla ab ipso per se solui potest, duplam persoluat. Sed iam audiendum est, quæ horum de repetendis sententiæ, & quomodo ferendæ sint. His igitur qui totius ciuitatis consensus omnibus præpositi sunt, donec vixerint primi consensus semper in omnibus solemnitatibus præbeant. Et quandoque ad communia Græcorum spectacula sacrificiaq; mitti iudices ac præfides aliquos à ciuitate necesse est, ex istis mittantur. Hi soli in ciuitate, corona laurea coronentur, hi Solis & Apollinis sacerdotēs sint. Pontifex etiam summus singulis annis ex his ille sit, qui superioris anni ceteris excellentissimè sacerdotibus iudicabitur. horum nominibus quousque ciuitas habitatur tempora diligantur. Defunctis autē funera & sepelchra excellentissimam quam cæteris ciuibus fiat. Indumenta quælibet alba sint. Luas ploratūque abicit. Chori quoq; duo, vñ puellarū quindecim, alter totidē puerosq; seretro vñ diq; circumdato vicissim sacerdotēs catinibus laudent, feliciterq; eius per totā, hē decantent. Manē verò ad monumentū ferretum centum iuniores ferant, qui gymnasiis operam impendant, quos defuncti hominis propinquiores delegerint. Primi verò iuuenes quatuor

pugnam armati præcedant, cum equis equites, & cum leuibus armis pedites, cæteriq; similitur. Pucri verò ante feretrum, patrum cantum concinant, & puellæ post eos, ac mulieres iam effæctæ sequantur. Postremò vtriusq; generis antistes, quamuis aliis monumentis arceantur, tamen si Pythius quoque confirmauerit, ad hoc sepulchrum quasi purū quiddam sibi nihil prohibet deuenire. Monumentū huic sub terra sit fornix quædam longior ex durissimis pulchrisque lapidibus, vbi lapide lectuli vtrinque sint, hic beatum illū sepeliant, arborēque in circuitu plantent, vna excepta solummodo parte, vt hoc sepulchrum augeri possit: deinde singulis annis musico, gymnico, æstheticque certamine hos viros honorent. Hæc præmia illis reddantur, quorum de relatis rationibus iudicia damnata non sunt. Siquis autem horum iudicio confidens quo prælati sunt, naturæ humane fragilem conditionem detexerit, lapsus videlicet in errorem postquā egrægius habitu est, faniatur lege, vt à volente quolibet acculetur. Iudiciumque de ipso sic agatur, Primi legum custodes absint, deinde accusati ipsius collegæ, electi præterea iudicij iudices. Perferant autem accusator, indignū esse illum qui accusatur, & magistratū & magistratus præmis. Si ergo damnatur, magistratū, sepulchro, cæterisque illi magistratui competentibus præmijs priuetur. Sin verò accusator quintam suffragiorum partem non habuerit, quin primi census est x i. qui secundū octo: qui tertij, sex: qui quarti, duas minas persoluat. Magna autem in iudicando admiratione dignum fuisse Rhadamanthum video. Ille siquidem perspicuebat, in illis temporibus deos esse, omnes vno ore homines confiteri. neque id iniuria, cum multo illis temporibus ex dis progeniti essent, quorum in numero ipse etiam habeatur. Itaque videtur putasse de non hominibus esse iudicia committenda. Quocirca simpliciter velociterque iudicia peragebat. Nam iurando in singulis causis à litigantibus requisito, citò simul ac ruto iudicare solebat. Nunc verò alij deos esse negant, alij res humanas scuriant non putant, plurimi verò & pessimi viribus hostiis multique blanditis ita conciliari sibi eos existimant, vt impunè liceat grandè pecuniam extorquere. Quocirca Rhadamanthi iudicandiq; modus ille his hominibus minimè congruit. Nam cum opinionem hominum de his mutare sint, leges quoq; commutandæ sunt. Itaq; prudens legislator in iudiciorum disceptatione iurandū in iudicij cōfessione prohibebit, vt tā accusatoris intentio quam defensoris deprecatio sine iurando in iudicij cōfessione. Nam si iurandi licentia in ciuitate cuique dabitur, vbi plura ad iudices quotidie deferuntur, omnes penè periuri erunt, præsertim qui præsentibus conuicti aliaq; cōsuetudine ac priuata necessitudine cōiuncti sunt. Leges igitur stantur, iudicaturum iudicem iurare, atque eos etiā qui reipublicæ magistratus suffragijs constituent: Choreæ quoque iudicem, & omnis musicæ, gymnicozum etiam equestriūque munerum in certamine præfides atque datores: & summam in quibuslibet secundū hominū opinionem nulli emolūmētō petiurū sit, in quibus autē vitiatōe ex periurio aliquis assequitur ea per causas actiones sine iurando iudicentur. Et qui iudicaturus sunt, nullo modo litigantes peritū aut iurare persuadēdi causa, aut sibi generis quoq; imprecari, aut turpiter supplicare, aut cōmiseratione

Interim
si quid
lo ferat
iura.

feratione muliebriter vti: sed quod iustum putant, manserit doceant, & docentem audiant. quod si ab his aberrat, ad rem a magistratu reducatur. Peregrinis autem inter se litigantibus, quemadmodum nunc si uelint, iurare liceat, Nam cum in ciuitate cōfēscere non debeat, non formidandū ne alios dominos regionis exhibeat suos aliuos. Eodē autē modo inter liberos homines executio iudicij fiat, si quis liber ciuitati nō obtēperat, in his quæ nec uerberibus, nec uinculis, nec morte plectitur. Ac si quis ad choræ uel ad pōpam celebrandam nō uenit, uel aliā hu iuscemodī rē cōmunē, uel ad ministerium sacrificij pacisq; sacra, uel belli, tributum non cōtulit: in his omnibus medicus sit prima pœnæ necessitas. Nō obediētib; autē pignus cui ciuitas lēxq; cōmiserit, deferatur. Quod si nec si pareat, pignore uendito pecunia in ærariū cōferatur. Si uerō maiore multa opus est, magistratus singulis pertinaces homines in iudiciū uocet, & debita multa imposita legibus parere cōpellat. Sed ciuitati quæ colligendæ pecuniæ operā nō dat, & sola ex agricultura pecunias habet, cum neq; mercaturæ neq; peregrinationib; vacet, neq; peregrinos aliunde suscipiat, deliberare necessē est quid faciendū sit. Quare legislator suadendo primū ita pro uiribus cōsulat. Solet gentiū diuersarū cōmixtio uarios mores cōfundere, & peregrinorū cū peregrinis cōsuetudo plurima inuouare. Quod cū ciuitati bene rectisq; legibus institutæ maximè omnium noceat. In ciuitatibus autem malè institutis nihil reuertit, si tam fenes quam iuuenes pro arbitrio, & aliō peregrinentur, & aliunde pēgrinos suscipiāt. Contra uerō nullos inquam recipere aduenas, nec aliō ipso proficisci, tum impossibilē est, tum crudele atq; superbū cæteris hominibus uideatur necessē est, qui ciuitatem turpi uocabulo notent, peregrinorum hostem & difficilem atque inhumanam appellantes. Non oportet autem inquam parui facere, uerum probus an improbus alius uidearis. Multi enim quamuis uirtutis expertes sint, qui tamen probi sint, qui improbi iudicant. Nam prauis quoq; hominibus diuina quædam cōniciendi uis inest, per quam multi uel pessimi rectè tum opinione, tum uerbis à melioribus deteriores distinguat. Quo circa uiliter ciuitatibus præcipitur, ut bonam apud multos existimationem non parui pendant. Maxima uero spes est eam ratione uiuentem, meritò Solum cæteris que deos cum aliis ciuitatibus regionibusque bene gubernatis uisuram esse. Sic igitur de peregrinatione alios in locos arcu faciendū est. Ei primū qui pauciores annos quam quadraginta natus est, nullo modo peregrinari liceat. priuato quoque nemini liceat publicè autem præconibus, legatis, atque exploratoribus liceat. Profecto uerò extra regionem ad gerendum bellum, ciuili peregrinatio paranda non est, ad Phytium uerò Apollinem, ad Iouem Olympicum, Nemeam etiam & Isthmum mittendi sunt aliqui, per quos sacrificia ludosque his diis ciuitas nostra communitè conferat. Mittantur autem pro uiribus plurimi, pulcherrimi, optimi, qui in sacris pertinentibusq; ad pacem communioribus ciuitati suæ honorem & gloriam bel-

lice gloriæ respondentē cōparent. Cūque redierint, iuniores doceant, ciuiles aliorum institutiones suis multo posteriores esse. Spectatores quoque alios tales quosdā emittere oportet, quos legi custodes dimittant: Si qui ex ciuibus otio abundantiorum res hominum considerare cupiunt, lex nulla prohibeat. Nā ciuitas bonorū malorū uel hominū uigilantia, & externæ cōsuetudinis expertis, nequā satis humana atque perfectā esse potest, si leges ferare moribus & consuetudine solum, nisi etiā uoluntate legi prudētior fiat. Exiit uel in uulgo & multitudine homines quidam diuini quāuis pauci, attamē digni quibus cōsuetudinē habeas, qui non magis in bene gubernatis ciuitatibus quam in aliis oriuntur. Quicūq; igitur in ciuitate rectè uel gubernata incorruptus erit, horū ueligiā patriā profectus, terra mariq; sequetur, ut tandem reuersus, legi patriæ alias probet, alias si qua in re deficient, corrigat. Quippe sine hac inspectiōne inuestigatiōneq; nunquā optime ciuitas permanebit, neque etiam si malè inuelligerit. CLXVIII. Quo modo hæc utraq; fieri a. H. Hoc certè pacto. Primo spectator huiusmodi annos plures quam quinquaginta natus sit, deinde cum in ceteris, cum maximè in bello probatus, si modo legum custodiam exemplum in aliis ciuitatibus sit relictus. Is ultra sexagesimum annum non amplius uagetur. Sed citra decimum annum quando uoluerit domum reuersus eorum ineat ceterum qui leges examinant. Hic ceteris è iunioribus atque lenioribus constet, quotiēque manē donec sola oriatur, conueniat: primū de sacerdotibus, qui tanquam cæteris excellentiores muneribus affecti sunt, deinde decem de legū custodibus seniores, postremo disciplinæ uincitæ censor, qui magistratum hunc gerit, & qui iam gesserunt. Nec uilis istorum solus, sed cum iunior aliquo quem delegerit à trigésimo ad quadragésimum annum nato. hi de legibus semper & de Republica differant, conferantque inuicem si quid de his excellens audierint. De disciplinis etiam ad id conducentibus colloquantur, quas qui sciunt, facilius, qui nesciunt difficilius legum intentionem intellecturi sunt. Quæ uerò ex his seniores probauerint, magno studio iuniores perdiscant. Quod si quis iunior adductus indignus uidebitur, totus cæteris ex improbet, qui adduxit. Iuuenes autem qui se in his rectè gesserunt, tota ciuitas honoret atque cōseruet. Sed si peiores alii se reddunt, maiori quā alij dedecore afficiantur. Ad hunc ceterum qui aliorum leges & mores inspectit, illic profectus, si quid de ferendis legibus aut disciplina uel educatione apud alios reperit, exponat: si quid etiam ipse inuenit, ceteris in uersu declarat. Qui si nec peior reuertisse uidebitur, laudetur, quia quod potuit, libenter effecit. Sin multo melior, & uiuus magnis afficiatur honoribus, & defunctum ceteris omnis decoret. At si corruptus redisse uidebitur, cum se sapientem esse simulet, cum nemine iunior uel seniore audeat se miscere. Hic si magistratus paret, priuatus uiuat. Sin autem contra magistratū uoluntatem de disciplina legibusque ciuilibus disputare condemnatus in iudicio fuerit, moriatur. Et si cū in iudicium deduci iure deuenit, a nullo magistratum sit adductus, quando de muneribus postea decernitur, opprobrio hæc res magistratus sit. Atque aliud quidem profectus, huiusmodi esse & ita peregrinari debet. Sed & aduenæ benignè suscipiendi sunt. Quæ

Fideiussor.

tuor autem peregrinorū genera sunt, de quibus faciendū mentio est. Primū eorum qui semper ætliua les sunt, & quasi aues per mare ut plurimū acquirunt: pecunia gratia, saltatē tempore ad alias deuolat ciuitates. hos foro, portibus, publicisque domibus extra urbem in ipsi suburbis magistratus locis illis præfecti suscipiant, obseruantes ne quis eorū noui aliquid faciat. Iudicia etiā illic eis iustè reddant, ita ut nihil plus quam necessitas cogat, cum iis familiaritas habeatur. Alterū est eorum qui spectaturi ueniunt, & ciuitatis mias illic audirent. hi omnes diuersoria iuxta tēpla habeant, quæ suscipiēdis hospitibus cōmodissima sint. Sacerdotes uerò & aditui curā ipsorum habeant, ut uicindē possint sufficienti tempore permanere, & uidere, audireque illa quorū gratia uenerint, & tandē sine detrimento & suo & aliorū recedere. Quod si quis eorum iniuriam cuiquam intulerit, aut affectus iniuria sit, usque ad drachmas quinquaginta sacerdotēs cognoscat. Crimina uerò maiora ad curatores rerum uenaliū deferantur. Tertiu peregrinorū genus publicè suscipiendū est, cum aliunde quispia publica causa missus aduenit: hunc imperatores, magistri equitum, tribuni militum soli suscipiant. Et is apud quem diuerit, cum principibus concilij curam huius habeat. Quartū genus rasilimū est. Accedere tamen aliunde aliquis poterit spectatoribus nostris altera parte respondēs. hic ita recipietur: primū si quinquaginta annos impleuerit, deinde si ea mente uenerit, ut uel consideret quæ apud alios præclara habeant, uel sua doceat. hic sine diuitum sapientūque ianuas iniussus adeat, cum ipse huiusmodi sit, & quasi hospes disciplinæ præfecti domum rectè petat, non dubitans hospitalem eam propter uirtutis conuictionē sibi futurā. Cūmq; ab aliis didicerit atq; docuerit quæ discenda docendæque putauit, honore sibi congruo muneribusque affectus, ut ab amicis amicus abeat. His legibus peregrinos peregrinantes suscipiamus, nostrisq; similiter emittamus, hospitalem uenti locum. Non enim eū & hostis, quemadmodum apud Nilum sit, peregrini pelendi sunt: nec atroci edicto à sinibus nostris arcedi. Fideiussor quilibet, apertè ac discretè fideiubeat, totūque negotium conscriptum coram tribu nec paucioribus testibus fateatur, si citra mille drachmas fideiussus fiat: sin ultra mille, quinque ad minus testes adhibeantur. Fideiussor autem sit qui uendit pro alio, de quo an iure possit uendere, dubitatur: atque eius qui uideatur minus ad promissā fuisse. Reus autem sit etiam qui alterius nomine uendit, quemadmodum uenditor. Siquis in domo alterius querere quippiam tanquam suum uelit, is primū iuteiurando affirmet, sperare quod queritibi se inueniturum, deinde nudus aut intertala indutus ingrediatur prædictus, prebeatūque ipsi domus, & suppellectilia signata simul & non signata. Quod si quis scrutari uolentem non permiserit, qui prohibitus est, pretio amisse rei statuo accuset eum qui ipsum depulit, & ille si damnatus fuerit, duplum restituat. Si dominus ipsius domus abuerit, non signata solummodo à præfentibus præbeantur signata uerò ipse quoque obligat, & eundem ad quinque dies relinquat. Quo in tempore si patronus non uenerit, & adibus secum acceptis obligatus resignet, & cum ante oculos domesticorum & adibus quæ fuerit, tursus obliget. In rebus ambiguis spa-

Peregrinatio.

tium temporis ad præscriptionem determinandum est. De domibus quidem & agris nulla hac ratione disceptatio erit. Aliarū uero rerū sit qua à quoquam habere, ut in urbe, foro, sacris, apertè anno integro re illa usus fuerit, atq; hunc non occuluisse confiteri, nec quicumq; interea quamuis querens eam exegerit, nemini liceat deinde rem illam quam suā reperere. Verū si non in urbe, sed in agris manifeste utatur, nec in annis quinque rei dominus compertus sit, quinquennio exacto repeti nequeat. Sin uero in urbe domi utatur, ad triennium usque apprehendere possit qui amiserit. In agris autē si occulte habet, usque ad decennium. Sin extra regionem, semper quādo cunq; inuenierit, apprehendat. Quando aliquis uī eū qui litigat seu testes uenire in iudiciū prohibet, si factus ille sit, siue suus, siue alterius, nullus momenti iudicium sit: sin uero liber, & sententia irrita sit, & anno uinciatori qui depulit, & si quis plagij cum accusare uoluerit, fas est. Siquis aliquem secum musica uel gymnicā uel alia quauis facultate certaturum in certamen descendere uel prohibuerit, qui quis uelit munerum declaratoribus id significet, qui procurerit uel quilibet liber certare possit. Id si facere non potuerit, victoriæ munera prohibito dentur, si prohibitor uincet, & ipsius tanquam uictoris nomen in quibuscunq; uelit templis inscribatur. Prohibenti uerò nec nomen inscribere, nec uictoriæ offerre insignia liceat. Ac seu uincat certando, seu uincatur, allati damni crimine reus sit. Si quis rem furto sublatam sciens receperit, in eadem culpa sit qua ille qui furatus est. Qui exul seu quemuis huiusmodi fugientem suscipere, moriatur. Quippe quem ciuitas amicum sibi uel hostem decreuerit, eundē sibi quisque similiter existimare debet. Siquis consilio suo absq; autoritate cōmuni pacem intuit, aut bellum mouit, ultimo supplicio condemnetur. Quod si pars aliqua ciuitatis id tentauit, huius rei auctores a militia imperatoribus tracti in iudicium, & damnati morte plectantur. Qui patriæ in aliqua re ministrant, nullo modo munera recipiant nec uia occasione aut ratione nobis persuadearum, in rebus quidem bonis suscipienda esse munera, in aliis minime. Nam nec cognoscere facile est, neq; cum cognoueris, continere. Idcirco tutius est legibus obtemperare, dicentibus nulla pro patriæ ministerio munera esse suscipienda. Siquis uerò minus obtemperasse damnatus fuerit, moriatur. Tributa uerò sit publica disponantur. Primū quidem multorū gratia rerum omnium cuiuscunq; cuius census habeantur. Deinde annuos fructus tribules ad agri magistratus cōscriptos deferat, ut cū duo tributa sint, Respublica possit alterutro, ut uidebitur, annis singulis uti, scilicet uel ueneris census, uel annui fructus parte. Unde quo ad alimenta tribuuntur, semper exoptantur. Donna diis moderata à moderatis hominibus offerantur. Tertia igitur, ut focus domesticorum, sacra deorum omnium est, quocirca nequis iterum idem consecrator. Aurum autem & argentum in uribus & priuatis, & in fanis inuidiosa res est. Tum ebret inani corpore extractum, haud satis castum donum Deo. Iam as & ferrū duelli instrumenta, non fani: ligneum autem quodq; uoluerit, uno è ligno dedicato: itēq; lapideum, in delubris communibus, Textile ne operiosius, quam mulieris opus menstruum. Color autem albus præcipue decorus Deo est, cum in cæteris, tū maximè in textilib;.

Præfatio.

Quæ diis offerenda.

Et cetera lib. de legib.

Tincta

Tincta vero coloribus aliis, ad bellica insignia solum exhibeantur. Diuinitatibus vero oblationes sunt aues, atque picturae, quas singulas vno die pistor vnus depinxit, cetera donaria quoque omnia his similia sunt. Postquam vero vrbis partes quae & quot esse debent, distinctae sunt, & leges de pactis commerciisque maximis pro viribus positae, superest vt de iudiciis iam dicamus. Primum igitur arbitri iudices, quos litigantes elegerint, locum habeant. hi conciliatores comodius quam iudices appellari possunt. Deinde vicini & tribules secundum partem duodecimam distributi. Apud quos si reconciliata primis non fuerint, maiori cum damno litigent. Vbi si debitor iterum condemnabitur, quinta debiti partem persoluet. Quicunque vero ab hoc quoque iudicio appellat, ac tertio certare voluit, electos iudices petat. Et si ab iis rursus condemnabitur, & quantum debitum ipsum est, & dimidiam supra debitum partem afferat. Ac si accusator ad primo iudicio repulsus non quiescerit, sed in secundo iudicio iterum certare voluerit, tantam si vicierit partem accipiat, victus autem tantumdem amittat. Quando vero per primos & secundos iudices nondum reconciliati, tertios petunt, debitor quidem victus, tantumdem & dimidiam insuper debiti partem, vt diximus, victori dponat: accusator autem superat dimidiam. Sed de re iudicis declarandisq; iudicibus, de istorum omnium administratione, de temporibus in quibus singula facienda sunt, de feriendis iustitiis, de mora & dilatione iudicij, termino, citatione, repulsa, ac de ceteris omnibus quae in iudiciis necessariae sunt, quibus in superioribus tetigimus, tam quae publica sunt, vt habet prouerbijs, & bis & ter recte dici possunt. Partia vero quaeq; & inuenta facilia, si legumlator antiquior praetermiserit, iunior replet. Sed de priuatis quidem iudiciis satis iam dictum est. Publica vero atque communia quibus vni magistratus, quae ad hoc pertinent, peragunt, in multis ciuitatibus a prudentibus viris recte constituta reperiuntur. Vnde cultodes legum oportet quae huic nouae reipublicae congruant accipere, ita vt singula periculo examinata & corrigant diligenter & probeant, donec sufficere se habeant. & denique discussioni sine imposito his tanquam immobilibus per totam vitam vtantur. De silentio vero, laude, vituperationeq; & de iustis, bonis honestis, quae in aliis ciuitatibus differunt, & dictum est, & in fine dicetur. Ad quae omnia a quos futurus iudex respicere debet, atq; opera dare, vt has legum constitutiones ante omnia discat, & mente firmiter teneat. Nam ad faciendum eum virum qui didicit bonum, scripta legum praeter ceteris doctrinis si recte se habent, maxime conferunt. Neq; enim temere miranda diuinitatibus lex nomen menti proximum possidet, ^{ut enim mentem, vixit vero leges significat.} Nam cum multi sermones de laude vituperationeque nonnullorum partim eaminiibus, partim soluta oratione tum scripti circumferantur, tum quodtidie in corporis seu corde dodo, siue falso assentiendo habeantur, horum omnium perspicuum examen legum scripta nobis sunt. Haec quasi remedium medelamq; aduersus altarum orationum venena, probe iudex secum semper tenebit, quibus seipsum ciuitatemq; emendandi, bonos confirmabit atq; extollet, malos ex ignorantia, in continentia, timiditate, & vt summam dicam, iniustitia vniuersa pro viribus si sanabiles sunt, reuocabit. Nam si sanari non possunt, qui eos morte afficiunt, apud omnes laude

Iudicia priuata.

digni iudices iudicimq; principes non iniuria sepius dici posse videntur. Sed postquam annua iudicia exacta sunt, legibus his vtantur. Primum magistratus qui iudicium exerceat, debitoris damnati pecuniam petitori omnem tradat, necessarius tantum ad vim relicti. Idq; statim post lata frustagria fiat nunciatae praerone, & iudicibus audiendis. Deinde si secundus a lata sententia aderit iudicij, neq; victori victus sponte iuste persoluerit, mensuram qui sententiam tulerunt, cuncta debitoris pecuniam victori tradant. Quod si praesentia minus sufficit, nec minus quam drachma deficit vna, non liceat deinde debitori prius alium quenquam in iudicium trahere, quam debitum creditori totum restituerit. Trahi vero ab alijs possit, si quis in iudicio damnatus iudices ipso seleserit, aut quicquam eorum iniuste abstulerit, idem ipsi iudices ad custodes legum deferat. A quibus si criminis huius damnabitur, quasi ciuitatem omnem legemque euerterit, moriatur. Qui sub his legibus geniti educatiq; liberos similiter generent, atque educauerint, ita cum alijs versati vt moderatum fuerit eorum commercium, illata iniuria praenas dederint, acceptae exegerint, sicuti iuste legibus his vsque ad senectutem viuunt, ita secundum naturam est vita decedunt. Mortuis vero tam viris quam mulieribus parationes quaedam, & quae ad deos siue inferos siue superos pertinent, secundum responsa interpretum fiunt. Nullum in loco foecundum & agro ad culturam apto sepulchrum fiat. Sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad cetera inuitis, & ad id tantum commodus viuentis minimè laedit. Nec enim ad viuis, neque ad mortuis terrae matris fecunditas impedienda est. Nemo ergo aut viuens aut mortuus vinum aliquod alimento priuet. Agger non altior sit eo tumulo, què viri quinque, diebus quinque construere possunt. Lapidis quoque superstruatur non maiores quam vt possint vitæ defuncti laudes quatuor solum heroicis versibus editas comprehendere. Elationes autem non breuiori vel longiori tempore intus fiant, quia vt verè mortuus significari cognoscique possit. Ac vt humana le habent, et diuana elatio ad sepulchrum mediocris videtur. Credendum est autem & de alijs legumlatori & de anima, cum eam dicat omnino a corpore differre, nec aliud praeter ipsam esse, quod in hac vita facit vt quilibet nostrum hoc ipsum sit quod sumus. Corpus vero tantum imaginarij quiddam hominem sequi. Commodè etiam mortuorum simulachra corpora vocari. Ac reuera vnumquodq; nostrum animam ipsam immortalem esse, eamq; ad deos alios proficisci, rationem suorum operum reddituram, vt lex patria continet. In quo certè bonis viris cõsiderandum esse, malis autem formidandum; quippe cum post mortem omni auxilio careant. viuentibus autem necessarios omnes oportet ferè debuisse, vt quam iustissimè acque sanctissimè viuant, ne maxima eos scelerum post mortem supplicia maneant. Haec cum ita se habeant, rem familiarem atterere minimè debemus, quasi arbitremur hanc carnem molem quae sepelitur, nostrum illum esse, cum ille filius aut frater aut quis alius a nobis desideratus, quem sepeliri putamus, hinc aliò fati suis exactis profectus fuerit. Probe igitur factum erit, si tanquam ad manum aram animam carentem moderato vtamur impendio. Moderatum vero quantum sit, a legumlatore merito statuetur. Lex igitur ista sit, vt qui maximi census est, ad funus & sepulturam non plus quam minas quinque

De sepulchris in iudicio.

Locus publicus.

De priuatis iudicijs.

impendat, qui secundi tres, tertij duas, quarti vnam; atq; ita singulorum moderata erit imposita. Ceterum cultodes legum cum alia multa, tum hoc maxime curare debent, vt pueri & viri, & vt summam dicam, cuiuscunque sexus vel aetatis homines ab illis iustitè obseruari debent viuant, & cuius cuiuscq; decessu, vnus ipsorum quem mortui hominis coniuncti elegerint, funus totum obseruet, prouideatq; vt bene moderatèque omnia, non contra gerant, & illud sibi honori, hoc dedecori sit. Expositiones vtiq; & elationes & cetera omnia secundum leges de his conscriptas fiat. Rerum autem ciuilium legislatori talia concedere oportet. Lachrymis mortuos decorare aut non, turpe legumlatore cogere est: plangere vero & extra domum vociferari, prohibendum est. Cadaver etiam manifestè per vias vrbis frequentiores efferre, & in publico ciulare, aut ante diem extra urbem esse non liceat. Haec ita de his statuta permanent. Quibus qui parat, indemnisset. Qui vero vni legum custodi non parat, ab omnibus vt communiter videbitur, puniatur. Cetera quae vel ad mortuorum monumenta, vel ad eos qui propter patricium facilegiumq; sepultura indigni sunt, pertinet superioribus legibus comprehendimus. Quare legum positio ferè finem habet. Omnium verò finis est, non in eo quòd facta sint, vel possessa, vel habitata, sed in eo potius, quòd sicur recta sunt facta, ita firmiter stabilita sint. In huiusmodi enim consecratione putandum est quantum oportuit factum esse latè minimè. **CLII.** Probe loqueris hospes, sed quorū ista explanatius dicito. **ATHEN.** Multa, o Clinia, priscorum praclare dicta laudantur, nec minus Patrarum nomina. **CLII.** Quenam? **ATHEN.** Quod Lachesis prima sit, Clotho altera, Anopos tertia, quae salutem praedictis afferat. Haec ad ignem contollis, quia vim inconuertibilem continent, comparata sunt. Quae quidem in ciuitate & Repub. oportet non solum sanitate corporibus stabilem, sed animis quoque legum cultum, imò verò legum salutem afferre. Sed mihi videtur negotio legum ad hoc illis deesse vt differatur, quo pacto illis secundum naturam est inconuertibilis possit inesse, **CLIII.** Non paruum est quod dicis, si inuentu possibile est, quo pacto in vnaquaq; re rectè id fiat. **ATHEN.** Possibile est profecto, vt mihi ad praesens videtur. **CLIII.** Ne igitur abeamus hinc obsecro, antequam nostris legibus id tribuamus. Ridiculum est enim, frustra in aliqua re sumpsisse laborem, nec stabile aliquid fundauisse. **MEGILL.** Rectè tu admones: me quoque talem inuenies. **CLII.** Probe dicis. Quae igitur salus ista est & qua ratione Reipubl. nostrae & legibus adierit? **ATHEN.** Nonne diximus ceterum in ciuitate huiusmodi esse constituendum, quo decem de legum custodibus semper seniores conueniant? His accedat omnes qui muneribus praemissis honorati sunt. Praeterea & illi qui multas vrbes peragrauerunt, vt aliquid ad patriam legum consecrationem conferens reperirent, sed hi ad ceterum huiusmodi non recipiantur, nisi ex peregrinatione incorrupti & integri redierint, & ceteri digni esse probentur. Atque horum singulis singulos sibi iuniores assignent, aut pauciores annos quam triginta natos, qui natura educationeq; digni esse assignentur. Quod si quis indignus adhibeatur, nullius momenti sententia sit. Hunc ceterum ante lucem conuenire diximus oportere, quando a ceteris tam priuatis quam pu-

blicis negotijs vacatur. An non tale aliquid in superioribus diximus? **CLIII.** Certè. **ATHEN.** De hoc ceterum iterum illud dicam. Aio enim, si quis hunc quasi anchoram vniuersae ciuitatis quaequaq; ad haec existimur in se continenter, iactat, omnia quae voluerint, seruaturum. **CLII.** Quo pacto? **ATHEN.** Opportunè modo dicemus, totiq; vrbibus incumbemus. **CLIII.** Probe dixisti, & vt cogitas facito. **ATHEN.** Oportet sanè, o Clinia, in vnaquaq; re congruum singulorum operum seruatorem excogitare. Qualem maxime locum in animalibus animas & caput habere videtur. **CLIII.** Qua ratione rursus id ais. **ATHEN.** Horum nempe virtus omni animalis salutem praebet. **CLIII.** Quo pacto inquam? **ATHEN.** Nam animae quidem ad alia mens inuisa est: capiti quoque ad alia vis auditusq; inferius. Atque ita summam pulcherrimis sensibus mens coniuncta, & in vnum redacta, salus singulorum efficitur. **CLIII.** Ita videtur. **ATHEN.** Certè. Nam & mens sensibus coniuncta nauibus in tempestate & tranquillitate salutem asserre solet. An non vides quod gubernator & nauis simul cum mente gubernatrice sensum coniungentes seiplos nauemq; tutantur? **CLIII.** Quid nunciat? **ATHEN.** Non multis exemplis opus est. Sed in exercitu & medicina consideremus, ad quem scilicet armisq; tum respicientes imperatores & medici, salutem rectissimè consequuntur. **CLII.** Rectè. **ATHEN.** Nonne illi ad hostium fugam & victoriam suam nisi ad corporis sanitatem? **CLIII.** Proculdubio. **ATHEN.** Si medicus corporis sanitatem ignoret, aut victoriam imperator, & cetera quae dicebamus, metè nec habere seareque aliquid in his videntur? **CLIII.** Nequaquam. **ATHEN.** Quid porò in ciuitate quis finem ad quem vir ciuilis respicere debet, ignorare videtur, an primum iure princeps poterit appellari? Deinde seruire id poterit, cuius finem prorsus ignorat? **CLII.** Minimè. **ATHEN.** Oportet igitur & nunc, vt videtur, si nouis huius vrbes constructione bonum exitum habitura sit, aliquid in ea esse quod cognoscat, primum quisnam ciuilis sit finis deinde quomodò illum assequamur: & demum quae lex primò, deinde quisnam hominum rectè ad illum cõsulit, aut non rectè. quippe quae ciuitas his carebit, non erit mirum, cum mente sensusq; capta sit, si fortè casusque singulari faciat. **CLIII.** Vera loqueris. **ATHEN.** Nunquid dicere possumus in qua maxime ciuitatis nostrae parte, vel quo studio huiusmodi aliquid ad salutem praedium sufficienter constitutum sit? **CLII.** Quamuis non liquiddè id asserere audeam hospes, conicio tamè hanc orationem tuam ad nocturnum illum ceterum, quem modò dixisti, contendere. **ATHEN.** Rectè, o Clinia, coniecisti. Oportetq; illum vt ratio praesens significat, omni virtute praeditum esse. Virtus autè eius prima atque praecipua est, ne per multa varietate vagetur: sed ad vni respiciat semper, quòd omnia quasi tela sibi semper dirigenda sunt. **CLII.** Ita profus. **ATHEN.** Nunc ergo intelligimus nò esse mirum, si ciuitatum leges longe aberrent. Nam in quibusciq; ciuitate alia legum positio ad aliud, & alia ad aliud respicit. Et alius istorum finis est, vt aliqui siue meliores illi quidem, siue peiores in repub. dominantur. Alii vt ditentur, siue seruiant, siue non. Alorum studium vertitur ad libertatem. Alii leges ad duo condunt, vt & ipsi liberi sint, & alias vrbes subigant. Qui verò sapientissimos se putant, ad huiusmodi omnia simul, vnum verò praecipuum ad quòd cetera dirigant.

Cuius est leges leges.

non habent. **CLII.** Nos igitur hospes, recte iam diu legibus nostris ad vnum respiciendum putauimus, idque virtutem appellari concessimus. **ATH.** Ita est. **CLIII.** Et virtutem quatuor quadam ponebamus. **ATH.** Certè. **CLIN.** Mentem verò horum omnium ducem, ad quam & cetera omnia, & tria illorum respicere oportet. **ATH.** Pulcherrime assequeris, **CLIN.** Et in ceteris similiter sequere. Mentem quidem gubernatoris, medici, imperatoris, ad certum quiddam respicere diximus. Cuiem verò inquirentes hac procellimus, & nunc veluti hominem, ita cuiem hanc mentem percontemur. **O** mirifice vir, quò tendis? Quid illud vnum est, quod in arte sua medicus planè assignare potest, & tu qui ceteris prudentibus præstare te dicis, in tua facultate non poteris? **An vos, CLINIA, & Megille,** pro ipso respondere poteritis quid hoc ipsum sit, vt ego scæpe ad vos pro aliis feci? **CLII.** Nequaquam hospes. **ATH.** An non querendum putatis, quid illud sit, & in quibus? **CLII.** Dic planè. **ATH.** Cum quatuor virtutis species posuerimus, patet earum quamlibet vnam esse, si quatuor simul conficiunt. **CLIN.** Quidni? **ATH.** Vnam etiam cuncta hæc nominamus. Fortitudinem enim virtutem esse dicimus, prudētiam virtutem, & reliquis duas similiter, quas si reuera non multa sunt, sed vnum id solum, quod virtus est. **CLII.** Omnino quidem. **ATH.** In quantum igitur duæ hæc inter se differant & duo nomina acceperunt, atque alia duæ similiter, difficile dictum non est. In quantum verò in vtriusque vnum posuimus, idque virtutem vocauimus, & in duabus reliquis similiter, non ita facile. **CLII.** Quomodo ista dicitis? **ATH.** Non est arduum quod dico, explanare. Agite ergo interrogandi respondendique munus inter nos partiamur. **CLII.** Quo pacto? **ATH.** Interroga tu me quidnam vnum appellantes virtutem, duo vtrique rursus diximus, alterum fortitudinem, alterum verò prudētiam. Causam equidem tibi afferō, quòd alterum circa timores versaretur. Vade belux quoque fortitudinis participes sunt, & in fantium animi. Natura enim quodammodo & sine ratione animus fortis efficitur, sed absque ratione prudens anima & mentis compos nec fuit vnquam, nec est, nec erit. Aliud ergo hæc est quam illa. **CLII.** Vera loqueris. **ATH.** Quomodo ergo duo hæc & differentia sunt ratione, à me accepisti. Quomodo verò vnum & idem, tu rursus me doceas, ita vt didicim te putes, quo pacto cum sint quatuor, rursus vnum sint, & me postea tibi rursus quomodo quatuor sint, declaraturum. Deinceps autem consideremus, vtrum qui res aliquas sufficienter intelledurus est, quæ & nomen habent & rationem, nomen solummodo scire debeat, rationem minimè. **An potius si pretij alicuius est, turpe est rerum magnitudine & pulchritudine excellentium tam nomina quam rationes ignorare. CLII.** Ita videtur. **ATH.** Legum verò conditori atque custodi, & ei qui virtute præstare ceteris opinat, & munera pro his rebus accipit, est, ne maius aliud quam fortitudo, temperantia, iustitia, atque prudentia? **CLIN.** Quomodo aliud? **ATH.** De his igitur interpretes, doctores, legum conditores, aliorum custodes, nonne ceteros qui scire cupiunt, vel punitione, & increpatione indigent, docere debent, quas vires virtus, quas vitium habeat, atque hæc declarando excellere ceteris? **An verò poeta quispiam, aut inuentus magister**

Fundamenta
legum
minimus

verbum nuper ingressus, eo præstantior iudicabitur, qui omni se virtute excellere profecturus, & deinde mirum videbitur, si ea ciuitas vbi custodes virtutis nomen rationemque non tenent tanquam deserta custode, eadem pariat, & quæ & alia multa hodie patiuntur? **CLII.** Nihil certè mirum. **ATH.** Ad hoc itaque incumbamus. Quomodo igitur custodes in virtute ceteris tam ro quam verbo exquisitores reddemus? Vel quo pacto prudentum capiatque sensibus similis ciuitas nostra propter huiusmodi custodiam fiet? **CLII.** Quoniam pacto hanc, o hospes, similitudinem faciemus? **ATH.** Patet quia ciuitas capitis quædam capacitas erit, custodes, autem iuniores sagaces solertesque supremo in vertice collocabuntur. Vnde verbum totam circumspectum, & custodiendo quæ sentiunt, memoriæ commendandum, omni quæ senioribus nuntiabunt, qui mentis ob rerum multarum cognitionem pessimiles, ciuitati consulunt, iuuenum ministrum vni. Atque ita vtrique communiter ciuitatem omnem conferant. **Senex, an aliter ipsos preparando putamus? An æquales omnes habendos esse censemus? nec exquisitori ratione educari erudiri que nonnullos volumus, eosque ceteris antepone? CLIN.** At id quidem, o mirifice vir, impossibile est. **ATH.** Ad exquisitorem ergo disciplinam quam superior illa sit, veniamus. **CLIN.** Sic ferme. **ATH.** At qui ea fortè quam modo terigimus hæc ipsa est quam querimus. **CLIN.** Omnino. **ATH.** Dicebamus autem præcipuum in singulis opificem atque custodem, non solum oportere, vt multa cernere possit, sed vt ad vnum etiam tendat, illudque cognoscat, & cum cognouerit, cuncta illa quæ respicit, dirigat. **CLIN.** Rectè. **ATH.** Est itaque exquisitor consideratio alia rerum quam vt possit ad vnam esse multis dista similibusque ideam aspiciere. **CLIN.** Fortasse. **ATH.** Ne, fortasse, dicas, sed reuera, o beate vir, nemo certior hac viam rationemque vnquam habebit. **CLINIA.** Tuis rationibus hospes persuasus cõcedo, quare ita prosequamur. **ATH.** Compellendi ergo diuine Reipub. custodes nobis sunt, vt exactè inspiciant, primum quid in omnibus quatuor idem sint, quod cum in fortitudine, temperantia, iustitia, & prudentia in sit, vno virtutis nomine iure volumus appellari. Id, o amici, si vultis, modo apprimè teneamus: nec dimittamus antequam satis pateat quidnam illud sit, ad quod siue quasi ad vnum, siue quasi totum, siue ad vtraque, siue quomodo cunque se habeat, respiciendum sit. **An putamus si hoc nos effugerit, satis nobis patere, quæ ad virtutem pertinent, de qua nec si multa, nec si quatuor, nec si vnum, explanare possumus? Aut igitur si nostro consilio creditis, modum adiuuente conabitur, quod id in ciuitate nobis aderit, aut si videbitur, dimittemus. CLII.** Minimè per hospitalem deum, o hospes, dimittendum hoc est. Rectè illimè nauque id dicere videris. Sed quo pacto quis hoc inueniet? **ATH.** Nondum quomodo agendum, dicamus: sed primum inter nos, & oportet necne, conueniamus. **CLIN.** Oportet certè, si possibile est. **ATH.** Quid porò de honesto ac bono? vtrum quod solummodo multa sint, custodes nobis cognoscentem etiam quomodo vnum cognoscent? **CLIN.** Necessarium videtur vt etiam quomodo vnum sint, intelligant. **ATH.** Quid deinde? Intelligerent solum debent, oratione autem declarare non posse quod intelligunt? **CLIN.** Quo id pacto? seruilis enim habitus

esset.

esset. **ATH.** Num etiam de omnibus studio dignis eadem ratio est, vt eos qui veri custodes futuri sunt, oporteat veritatem legum optimè intelligere, rationemque sufficienter exponere, & operibus assequi, quæ rectè sunt, quæ non, secundum naturam iudicantes? **CLII.** Cur non? **ATH.** Nonne vna de rebus optimis est ea de qua supra serio disputauimus? Vbi quòd sint dii, & quòd vires maximas habeant, demonstrauimus: idque pro viribus homini esse sciendum: ita vt multis ignoscamus, si legum tantummodo sententiam sequantur; custodiam verò nulli committimus, qui non multo labore firmaque fide quæcunque ad deos pertinent, fuerit assecutus: vt neminem vnquam custodem legum eligamus, aut ceteris virtute anteponamus, nisi diuinus sit, diuini que studiis operam dederit. **CLII.** Par est igitur, vt ais, si quis in re diuina tardus & ineptus sit, vt is longæ rebus pulcherrimis arceatur. **ATH.** Scimusne igitur duobus esse, quæ faciunt vt quæ supra de his exposita sunt, credantur? **CLII.** Quæ nam? **ATH.** Vnum quidem illud de anima supra dictum, quod antiquissima diuini similiaque omnium sit, quorum motus generationem fortius substantiam semper fluentem produxit. Alterum de ordine: quòd alia cetera que feruntur, quæ intellectus ducens, omnia exornat. Nemo enim qui hæc diligenter considerauit atque precepit, adeo impius vnquam fuit, vt contra non sit affatus quam multi suspicentur. Plerique enim putant eos qui hæc tractant astronomiæ & alius huiusmodi ad hæc necessarii artibus dediti, à religione alienos esse. Quippe cum necessitatem pro vniuersis res sunt, insperant, non voluntate diuina boni gratia omnia gigni credere illos arbitrantur. **CLII.** Quomodo igitur id se habet? **ATH.** Contra se habet penitus nunc, & quando sine anima esse hæc putabantur. Quamuis etiam tunc quicunque diligentius aliis illa perscrutabantur, mirè veritatem tangebant: quòd videlicet nunquam si anima careret, tam exquisita ratione vterentur, mentis expertia, audebant affirmare nonnulli mentem celestia omnia ornauisse. Sed iidem ipsi nescientes animæ naturam antiquiorem esse corporibus, omnia rursus, vt ita dixerint, imò verò rō seipsos euerterunt, cum iuniorum putauerint. Nam & quæ ante oculos sunt, hæc & in cælo esse crediderunt. Itaque terra, lapidibus, aliisque inanimatis corporibus referata esse celestia credentes, his causas totius mundi deferunt. His igitur factum est, vt qui hæc tractant philosophi, tanquam impij vulgò existimarentur, & à poetis compararentur canibus frustra latrantibus, aliique in eos stultitiæ pena dicerentur. Nunc autem, vt diximus, contra omnino seres habet. **CLII.** Quo pacto? **ATH.** Nunquam mortalis quispiam poterit deum firmiter colere, qui hæc duo antea non acceperit. Primum, quòd rerum omnium quæ generationis participes sunt, antiquissima anima est, atque etiam immortalis, cūque talis sit, omnibus corporibus dominatur. Deinde, quòd sepius diximus, veram esse mentem in aliis non ignoret, & quæ antea dicit ad hæc disciplina ipsum non lateant. Musicæ etiam his conueniētis non ignarus ad mores componendos legè que seruandis ipsa vtatur, possitque earum rerum rationem reddere, quæ rationem habent. Qui verò ad virtutes publicas, hæc in super non possederit, is nunquam ferme totius ciuitatis

sufficiens princeps erit, sed aliorum principum minister. Considerandum verò nunc, o **CLINIA** & **Megille**, vtrum prædictis legibus hunc vt apicem custodemque apponere debeamus, vt saluis gratia nocturnis principum cæcus adit, disciplina quam prædiximus, præditus. Quid ergo agemus? **CLIN.** Quid prohibet optime vir, quò minus quantumluncque possumus, apponamus? **ATH.** Certè id contendere omnes debemus. Ego quidem libenter vobis opitabor, fortè etiam ob harum rerum peritiam frequentemque meditationem alios quoque multos adiutores inueniā. **CLIN.** Hac via, o hospes, maximè proficiscamur, qua deus ipse ducere videtur. Sed modum nunc quo rectè hoc fiat, excogitemus. **ATH.** Leges de istis, o **CLINIA** & **Megille**, non ante scribi possunt, quam ciuitas vnuerſa fuerit exornata. Tunc enim debita cum autoritate constituenda videtur. Sed ex non aliter rectè quam doctrina multa & lōgo disputationis examine probabuntur. **CLII.** Quid hoc iterum tibi vult? **ATH.** Primum igitur cæcus eorum hominum qui ætate, doctrina, moribus, consuetudine, ad custodiam idonei sunt, constituitur. Deinde que discenda sunt, ea nec inuenire facile, & inuentionis discipulum fieri arduum. Tempora præterea in quibus percipere oportet singula, frustra scribuntur. Nec enim possunt ipsi qui dicunt, cognoscere quando quid oportune discatur, antequam in eorum animo rei ipsius scientia sit. Quæ igitur in his palam dici non possunt, nō recedantur. dici autem non posse inquam, quoniam si dicantur, nihil planius explicant. **CLII.** Cum hæc ita se habeant hospes, quid nobis agendum censetis? **ATH.** Quod puerbio dicitur, o amici, vifum esse nobis patet, vt rem in cōmune & publicum conferamus, ac de vnuerſa republica periculum subire velimus: nihilque non facere, ita, vt ter sex, vel tres talos iaciamus. Equidem periculum id vobiscum subibo, dicendo atque exponendo, que mihi de hac disciplina & educatione quam modo terigimus, videbuntur: periculum autem partium non est, nec alius simile. Quod tibi, o **CLINIA**, curæ modò esse iubeo. Tu enim in Magnæſienſi urbe, vel illa cui deus ipsi rectè ipsam constitues. Certè nunquā effugies quia posteriorum omnium fortissimus videaris. Si ergo diuinus hic ceteris nobis, o amici, constituetur, huic ciuitas erit tradenda. Neque his reliqui legumlatores tanquam minus sufficientibus aduersabuntur. Profecò quod paulo ante quasi somniantes verbis terigimus, quando capitis mentisque communionem per imaginem quandam attulimus, id penè vigilantes perficemus, si nobis hi viri exquisitè docti conuenierint, & in arce regionis habitauerint custodes ciuitatis constituti, quales nunquam nos in præterita vita ad custodiam agendam fuisse cognouimus. **MEGILL.** Ex omnibus que diximus, o amici **CLINIA**, patet, aut huiusmodi ciuitatis constitutionem prætermittendam esse, aut hunc hospitalem non dimittendum, sed precibus modique omnibus socium ad disponendam ciuitatem accipiendum. **CLINIA.** Probe loqueris, o **Megille**. Ego quidem sic profus efficiam, sed tu quoque opem feras.

MEGILL. Feram equidem.